

D. Amando Polano. D. Pareus S. P.

Hunc annum, qui extremus est seculi currentis, si non extremi, Reverende frater, amice honorande, utinam Dominus vobis et nobis omnibus salutarem faxit. Misera sane est facies publica, et hostes ubiq; videmus cornua tollere. Est ergo, ut in societatem precum artentissime descendamus, ut Deus per Filium suum gubernacula afflicta Ecclesia ipse dirigat. Me in ista conditionis mutatione excipiunt illico graves molestiae, onere summi Magistratus Academici, in me adhuc hospitem plane novum, et neq; legum, neq; consuetudinum satis peritum, omnium suffragijs in me devoluto: cum initia professionis publica absq; hoc difficultatentiam. Fidelis vero estis, qui vocavit. Cum votis ardentibus invoco, ut ipse clarum teneat. Res Academia statu sunt medisci: et Pa, cy ex Gallijs expectatur reditus. Sed amissimus interim collegam D. Salaminum: nescio quo fato ijsdem artibus, eodemq; die 26. Novembr. quo ante biennium Clarissimus Vir D. Lime doniq; nobis ereptus fuit, extinctum: et quidem cum filia, qua patrem triduo praecessit. Sic Facultas nostra vix post biennium tandem restituta, iterum vulnus sane grave accepit. Utinam Deus nobis monstrat id onerum successorum: de cuius nominatione forte hodie suscipietur deliberatio. Opus est nobis viro in Theologia pariter et Philosophia erudito, ΔΙΔΑΚΤΙΚΩ, amante receptum et simplex doctrinae caelestis genus a praeceptoribus acceptum, quod sonat in his Ecclesijs et Disputandi facultate instructo. Paucos sanctiores reperimus. Juniores pleriq; ΦΙΛΟΚΑΙΝΩΒΗ, fastidientes et moxerter terminos a majoribus bene positos, ut aliquid praestitit ipsi deant, sapere. Quam sane libidinem saepe mecum deploro propter miseram potestatem, cui vides paulatim pestem nocentem parari. Poterat D. Vossius cum laude huc vocari. Sed nostri hominis periculosas ΚΑΙΝΟΘΕΙΑΣ de Justitia Dei, satis factione Christi, et de poenitentia. Admisceat argutias Socrinianas, qua in ipsum fundamentum vergunt: et haud dubie vidisti pigmenta ad vermisga. Expectamus ergo sententiam vestram, ut uno ore

respondeamus. Ad N. quod attinet, numquam probavi hominis docti asser-
tiones & ἐπιχειρήματα de Justitiâ, et notricum Deo conjunctione. in quo
suis authorem ipsum video quotidie vacillare et aliquid mutare. Certe
tam periculosi usus parum decet hanc professionem, atq; etiam aetatem.
Scripsit ad me proxime comes quidam magni nominis eum pollicitum, à fratribus
se non amplius esse disensurum. Sed declarationem ejus publicam nulli-
um vidi. Bene est, quod in angulis Wetteravici motus isti latent: aliqui
sanè graviora scandala sequerentur. Interim decet nos, quantum possumus,
salvâ fidei compage, pauci publice aliqua condonare, et pauci veritatem latere
charitatis, ut Augustinus loquitur, πρὸς δικάσιον ὄντως cuperem quoad ἄνθρω-
πὸν non nimium ἀκρίβειαν. Vides enim aliquos fr̄e in contrariam agere sen-
tentiam, et sic tueri justitiâ activâ, quam vocant, imputationem, ut de merito
sanguinis et mortis Christi satis sentiant et scribant frigide, etrix nominis
in justificationis materia. Non mirum ergo, si alii etiam in contrarium rita-
tur, et fit sapere, ut altercando à veritate multum utriusq; aberratur. Ego has dis-
putationes facere opto: quia metus, metus, inquam, ne in quo doctrina capite exi-
primùm Ecclesia Reformatio, in eodem paulatim desinat. Amis autem simplici-
tatem scripturâ, perspicuè explicatam in CORPORE doctrinâ catechetica di-
gentis sinè à me nuper recognito: quod sanguis Christi nos purget ab omni pecca-
to, et quod beati sint, quibus sunt remissa peccata. Sanguinis autem sive mor-
tis Christi nomine ουκ ἐκδοχικῶς totam obedientiam humiliationis comprehe-
di docet Apostolus 2. Cor. 8. Phil. 2. At te non vides esse alienum: et si in The-
tuis, quas nuper apud D. Grünradum vidi, quaedam duriuscule fortè dicantur.
Nec diversum puto confessione Hebraica doceri: si modo veterem, à D. Bulling-
ni fallor, scriptam retinent. Valdè autem me recreavit filius meus Joh. Phi-
lippus, prædicans tuam in se non modo humanitatem eximiam, sed et benevo-
lentiam & Studium singulare. Et multa sibi ex tuis Exercitationibus pollicetur.
Quare rogo in eum amare, et tibi commendatum habere perges, omniaq; fra-
tatis officia de me tibi liberalissimè spondeo vicissim. Vale vir honorandè
et me, quod facis, ama. Heidelbergæ Terra Thomæ Anno 1598.